

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Doctrina siue doctor al cum uariis

Sicut instruere solet collacio, ita destruit contencio. Hec enim relicto sensu ueritatis lites generat, et pugnando uerbis eciam in Deo blasphemiam facit. Inde heresis et scisma a quibus fides subuertitur, ueritas corrumpitur, caritas scinditur. Contenciorum studium non pro ueritate, sed pro appetitu laudis certatur, tantaque est in hiis peruersitas ut ueritati cedere nesciant, ipsamque rectam doctrinam euacuare contendunt. In disputatione fidelium cauenda est proposicionum artificiosa subtilitas que callidis obiectionibus recia tendit; ita enim uersuciis assercionibus prauorum disputacio innodatur ut recta esse simulent que peruersa persuadent.

Ysidorus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

uerbis] bis *add. (del. sub lin.)* B; contenciorum] contentionum P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; certatur] certat V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; proposicionum] propositio P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>, et *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; callidis] et *add. (del. intra)* M; simulent] simulant C; Ysidorus *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>